The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Peccatum ap
cum uariis

Mortale peccatum quantum michi uidetur triplici recte ratione distinguitur: mortale est quod a quouis non potest committi sine grandi corruptione sui, sine graui lesione proximi, et sine magno contemptu Dei. Cetera uero omnia uidentur michi uenialia. Veniale peccatum est reatus cui quantum est in se solum fide mediante nunquam debetur eterna dampnatio; mortale uero est reatus cui quantum est in se solum semper debetur eterna dampnatio.

Ricardus de differencia mortalis et uenialis.

____

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

recte ratione] ratione recte M; uenialia] uenalia V^1; debetur] pena *add.* P V^1 V^2 L^1 L^2; eterna dampnatio] aeternae damnationis L^2; dampnatio] damnatis P V^1 V^2 L^1; est *om.* V^2 L^1 L^2; mortale uero est reatus cui quantum est in se solum semper debetur eterna dampnatio *om.* B C